

zu Oder

O.i.840(1-101).



THEOREMATA IVRIDICA

EX TIT. FF. ET
C. DE CONDICTIONE CAV-
TA DATA NON SECUTA, ET DE
CONDICIONE OB TVRPEM VEL
iniustum causam.

QVAE TRINVNO NVMINE SECVN-
DANTE PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTIS-
simisque viris D. Ioanne Michaële Cronenburger, &
D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,
in florentissimo inclytæ Agrippinenfis apud Vbios
Academiæ Iuridicæ facultatis Collegio,
publicè pro more dispu-
tas exhibet.

IVSTVS AB HOXER
VVARTBVRGENSIS.

Anno reparatæ salutis 1591. 5. Septemb.



COLONIAE AGRIPPINÆ L1
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

34

CONTINVATIO.

Excessa condicione ex mutuo indidemq; per occasione & quasi
χρτατηρ τωφεμβολην doctrina de iure iurando interpolata Dig.
compilatores subiunxerunt alias similes condiciones, seu con-
diciones ex promutuo & primo condicione causa data causa non se-
cuta, (a) siue condicione ob causam datorum, (b) siue condicione
sub causa dati, (c) siue condicione ob rem dati. (d)

(a) §.item is cui Inst. de oblig. quæ ex quas. contract. nasc. vbi glos. Cuiac. in parat. ff.
& C.h.t. V Veserb. in parat. ff. eod. (b) in rubric. C.h.t. (c) l. penult. ff. cod. vt notarunt cō-
muniter Dd. (d) l. naturalis 5. ff. de præscript. verb.

THEOREMA I.

Cum autem attestatione & suffragio Ciceronis omnis quæ via & ratione de aliqua
cre suscipitur institutio, à definitione debeat proficiisci, (a) hanc condicione causa
data causa non secuta in hunc modum delineare visum fuit, quod fit actio civilis (b)
in personam (c) stricti iuris, (d) per quam is qui ob causam certam aliqui dedit, id repetit,
si causa ob quam datum est, secuta non sit. (e)

(a) Cic. lib. 1. officior. (b) arg. tot. tit. ff. & C. de condic. caus. dat. caus. nō secur. cum dia-
recto auctoritate iuris civilis promissum sit obligatos ad dandum vel faciendum conue-
nire apud iudicem Oldendorp. claf. 6. act. 4. quæst. 1. (c) quia oritur ex contractu aliquo
innominato, l. dedi tibi §. 1. ff. h. t. l. 1. §. fin. de rer. perm. & ibi glos. l. naturalis 5. §. at cum
do. ff. de præscript. verb. l. ea lege 3. C. h. t. & secundū glos. in l. fin. ff. cod. (d) quia in eum
nihil aliud venit quam actum est Oldendorp d. claf. 6. act. 4. quæst. 9. (e) l. 1. & l. 2. & sere
tot. tit. ff. & C. de condic. caus. dat. caus. non sec.

II.

Ob causam autem dari dicitur, quod ob rem siue causam non in honestam datur, puta
vt Romam eas, si ea causa non sequatur, (a) i. d. si Romam non iueris, nascitur haec actio,
ita vt, licet pia causa sit, nihil intersit. (b) Nec solum ad expressam causam pertinet, sed
etiam ad tacitam modo non vni tantum, (c) sed utriq; parti i. d. tam accipiente quā dan-
ti insit, (d) veluti si conditionem adimplendi gratia tibi decem deder, mox repudiaueris
hæreditatem vel legatum, locum habet haec condicione (e)

(a) l. 1. & tot. tit. ff. & C. h. t. Cuiac in parat. ff. h. t. l. 1. ff. de condic. ob turp. vel in iust. caus.
l. damu. ff. de condic. indeb. (b) l. quod Seruius 8. vbi Paul. de Cast. & l. seq. ff. h. t. (c) l. cum
in plures §. locator ff. locat. l. si repetend; 8. C. h. t. Bart. & Dd ad l. 1. ff. h. t. (d) per d. l. 1. ibi q;.
gloss. Bart. & Paul. de Cast. & Costal. h. t. (e) quod tamen in extraneis non in suis hæredi-
bus habet locum, l. iam dubitari ad fin. ff. de hæred. inst. Costal. d. l. 1. ff. h. t. quæ solutio
gloss. Alexand. Lud. Rom satiis probatur contra Bartolum qui inter animū expresse de-
claratum, vt in l. Antist. ff. de acquir. hær. & animum tacitum, siue præsumptum vt hic
& l. si filius ff. h. t. distinguit, quæ tamen solutio magis est diuinitorum quam prior.

In quo;

III.

In questionem igitur venit, utrum cum conuenit ne aliquid fiat, quamdiu sit, cesset condicō, an vero etiam cautio de eo non futuro exigi possit? Et cautionem eo casu non exigi oportere, (a) nisi etiam nominatim ut re promittatur conuenerit, (b) manifesto iure (c) pluribus tamen textibus obloquentibus (d) decisum reperio.

(a) l. dedi tibi 3. in princ. & §. 1. vbi gloss. ff. h. t. (b) d. l. 3. § 1. ff. h. t. Bartol. Salicet. ibidem num. 2. (c) nam neque in bonae fidei, neque in stricti iuris contractib. cautio præstari solit. l. 2. ff. de hær. vel act. vend. vt hic etiam in d. l. 3. (d) l. in omnibus & ibi Bart. ff. de iud. & l. si creditores ff. de priuileg. cred. qui tamen textus accipiendi sunt si causa subsit prout etiam plures alij veluti l. quæsit. ff. de pig. & hypoth. l. vniuersa C. de diuers. rescript Guid. Papa q. 109. Cuiac. autem lib. 17. obser. 37. cum gloss. accipit d. l. in omnib. de bonae fidei, non verò stricti iuris iudicijs. Aliud item est si petatur cautio euictionis nomine l. vlt. ff. h. t. aliud item in cautione Mutiana, quæ semper interponenda est ob debita ex ultimis voluntatibus reiecta. l. Mutianæ 7. ff. de condic. & demonstrat tot. tit. ff. vt legat. seu fiduci. com. nomine caueat.

IV.

Sic causa, ob quam datur, sequatur de facto, non vero iuris interpretatione, repetitio competit, (a) nec distinguitur utrum quis sciens an ignorans receperit, (b) veluti si liber homo se statu liberum putans pretio se à seruitute redemerit, pecuniam eo nomine datans condicere potest. (c)

(a) Bart. & glos. ad l. 3. §. 5. ff. h. t. (b) d. l. 3. §. si liber homo & seq. ff. h. t. l. cum ancillam 6. C. cod. (c) gloss. in d. §. si liber homo arg. l. fin. in princ. ff. de condic. indeb. non obstante, l. si procuratorem 8. ff. maudat. §. si liber homo, l. 3. ff. h. t. vtpote quæ de pecunia pertinente ad manumittentem non ad manumittendum, vt in d. l. 3. §. 5. ff. h. t. manifestè differat.

V.

Causa autem hic accipienda est non pro principio agente sed pro fine, (a) non quæ oporteat talē esse quæ de praesenti impleri non possit, quod in primis in totius huius titulis discursu obseruandum esse Dd. sollicitè inculcant ad hunc titulum. (b)

(a) arg. tot. t. ff. & C. de condic. cauf. dat. Bart. Salic. in l. in summa 65. §. 1. ff. de condic. indeb. Cuiac. in parat. C. h. t. (b) præsertim. Baldus in l. 14. ff. h. t. Iason in l. 1. not. 4. arg. eius l. in fine ff. h. t.

VI.

Anceps vero & controversum est dogma utrum datum sub causa impossibili condic̄ possit? Et respondeo sub distinguendo: vt si, qui dedit ignorauit causam impossibilem, (a) aut sciuit quideus sed adiecit conditionem, locus huic condicō relinquatur, (b) quod si eam non adiecit, sed per modum cause aut modi dedit, non repetatur. (c)

(a) l. si militem 5. C. h. t. cui addatur, l. item ad litem 30. l. filius fam. § milites ff. de procurat. (b) arg. l. si dedi 3. §. 5. ff. h. t. d. l. si militem C. cod. Gloss. Bart. & Paul. de Cast. in l. dictam legem C. h. t. arg. l. quod absenti §. si quis possessionem ff. de acquir. vel amitt. possess. (c) l. 8. C. cod. & ibi addition. gloss. & Bart. Irnerius a. antiquiss. IC. distinxit olim utrum sit impossibilis condicō natura, an vero impossibilis solum de iure: de priori casu accipiens. da sit, l. non solum ff. de act. & oblig. l. impossibilis, ff. de verb. obligat. de posteriori d. l. similem, & d. l. dictam legem, C. h. t. quæ solutio etiam suo modo non esset incommoda.

Vnde



VII.

Vnde consequens euadit, quod si mulier alteri nuptura det dotem sciens huiusmodi
ineundas nuptias ipso iure nullas esse, postmodum non secuto matrimonio datam dotem con-
dicere non potest, (a) secus autem si ignorans vel facti vel iuris dotem dederit, dicendum
esset. (b)

(a) Glōss. & Bart. in l. sed si falsum 2. ff. h. t. l. si ignorans C. de solut. matrim. quæ loqui-
tur teste Bartolom. Saliceto de ea, quæ nesciebat vtrumque & factum & ius. (b) arg. l. fin.
C. de condic. sine caus. & l. l. C. h. t. vbi Bart. & l. si tutor C. de interdict. matrim. inter pu-
pili. & tut. licet Placent. Azo & quidem veteres Iurisconsulti senserint contra in d. l. fin.
ff. de condic. sin. caus.

VIII.

Is qui accepta pecunia à sua parte contractum adimplere tenetur, si quidem sine sua
culpa contractus casu fortuito adimpletus non sit, ex hoc capite data pecunia repeti non
potest. (a) ex pœnitentia capite potest. (b) Pœnitentia igitur (que tamen denunciatione
contineatur) (c) viam sternit huic actioni semper, modo res data adhuc sit in columnis,
quod sin minus, si quidem maiores expensæ insumptæ sint, quā data pecunia adæquari que-
ant cessat hæc condicō, sin minores, id quod ex dato superest, condicetur. (d)

(a) l. penult. & vlt. C. h. t. & ibi Bart. gloss. & Dd. l. s. in prin. ff. cod. arg. l. cum hæres. §.
Stychus ff. de stat. lib. (b) Bart. in d. l. pen. reprehendens gloss. ibidem & text. expressus in
d. l. s. in princ. h. t. quia regulariter in contractibus innominatis ab illius parte qui con-
tractum adimplevit pœnitentiæ locus est l. 3. §. sed tibi ff. h. t. quod tamen re non integra
non admittitur, l. quod Seruius 8. ff. h. t. sed in his contractibus oblatione non desinit res
esse integra, d. l. s. h. t. & gloss. in l. jurisgent. in princ. ff. de part. & Iason in d. l. 3. §. 2. ff. h. t.
(c) Dd. dict. loc. communiter omnes (d) d. l. s. §. 2. ff. h. t. præterea l. quamuis. C. de trāsact.
l. si alienam §. 1. ff. de mortis caus. donat. l. l. C. de rer. permitt. c. verum de condic. apposit.
nec non plurimas alias limitationes huic regulæ de pœnitentia contradicentes. vid.
apud Bart. & Cost. fuse hic in d. l. s. ff. h. t.

IX.

Questio autem non minus subtilis quam utilis hic enucleanda occurrit, vtrum cum hæc
condicō solum in contractibus illis innominatis, do ut des, (a) do ut facias, (b) do ut non
facias, (c) putarene alienes locum sortiatur, ad contractus nominatos suas vires etiam pro-
ducat? In quo negatiuam vtpote textibus iuris magis amicam ambabus (quod aiunt) vlnis
amplexari non reformidabo. (d)

(a) l. l. s. fin. ff. de rer. permitt. (b) l. naturalis s. §. & cum do & ibi gloss. & Iason ff. de
præscript. verb. (c) l. ea lege 3. C. h. t. gloss. in l. fin. ff. cod. (d) Azo in summa sua, C. h. t. nu-
z. Paul. de Cast. & Bartolom. Salicet. in l. fin. ff. h. t. contrariam opinionem Iurisconsultus
Martinus olim tenuit. arg. l. exemplo, §. is qui vina, ff. de aet. empt. & vend. sed refutata
d. loc. à Dd. Vide tamen limitationes Paul. de Cast. in d. l. fin. ff. h. t. nu. 16.

X.

Vnde eiusdem farinæ vicissim, & illa non leuis resultat dubitatio vtrum hæc actio, cum
oriatur ex contractibus innominatis, (a) cum actione præscriptis verbis concurrere pos-
sit? Et quidem adeò inter se concurrere affirmo ut vix inter se inuicem discerni que-
antur.

ant, (b) discriminem autem evidens utriusque actionis in eo positum est, quod haec actio detur ad condicendum id, quod datum est, & recedendum ab eo, quod contractum est, (c) actio autem praescriptis verbis ad implendum contractum regulariter competit. (d)

(a) l. naturalis §. & cum do, ff. de praescript. verb. l. §. vlt. ff. de rer. permut. & ibi Dd. (b) Bart. in l. §. 3. vers. sed si eligat ff. h. t. vbi corrigit gloss. quæ ibidem hanc actionem loco actionis praescript. verb. perperam compere autumat, d. l. i. ff. de rer. permut. & ibi Paul. Cast. & Bartolom. Salic. in l. i. ff. de praescript. verb. (c) tot. tit. nostro, & d. l. naturalis §. §. at cum do, & ibi gloss. & Dd. ff. de praescript. verb. (d) d. l. naturalis, & tot. ferè tit. ff. de praescrip. verb. Bart. & Paul. de Cast. d. l. §. 3. ff. h. t. vbi illud discrimin ex allegat. loc. ostendunt. Iason ad rubric. C. h. t.

XI.

Competit præterea haec condicione ei qui pro muliere extranea dotem dedit, & pactus est, ut quoquo modo matrimonium finitum fuerit, dos sibi reddatur, nec nuptiae secutæ sint. (a) Nam verisimile est hunc sibi magis quam mulieri voluisse proficere matrimonio non secuto, nisi mulier eo casu probationibus evidenter mis eum sibi dotem donare voluisse demonstraret. (b) Et patri similiter pro filia dotem danti haec condicione conceditur non secutis nuptijs, nisi evidenter aliud aetum sit. (c)

(a) l. si extraneus, & l. si mulier, & l. si donaturus in princ. ff. h. t. & ibid glo. & Dd. l. cum veterum, & l. seq. de donat ante nupt. Oldend. claf. 6. act. 4. q. 3. (b) d. l. si extraneus & ibi Bart. & Salic. & Paul. de Cast. allegantes hic contrarium, l. si cum dotem in princ. i. de solu. mat. eamq; explicant ex l. commodissime, ff. de lib. & posthum. & l. contra maiores, ff. de inoffic. test. vid. Costal. ad l. 6. ff. h. t. (c) d. l. si extraneus ff. h. t. quia parens filiæ dotem dando etiam si de ea reddenda sibi finito matrimonio non esset stipulatus donare tamen non præsumitur Salicet. in d. l. si extraneus ff. h. t.

XII.

Agitur etiam hac condicione, ut restituatur ius ob causam remissum, veluti si quis debitori suo debitum sub causa accepto tulerit, ea causa non secuta, siquidem pura fuerit obligatio (a) eandem pecuniam, si ex die vel sub conditione fuerit concepta, (b) ut se reponat in pristinam obligationem, condicere poterit.

(a) l. si quis accepto 4. ff. h. t. vbi communiter Dd. omnes l. metu §. ex hac ff. quod met. caus. ibidem glos. Bart. & Paul. de Cast. in d. l. si quis accepto ff. h. t. (b) l. si mulier i. ff. h. t. l. ob eam causam, ff. de praescript. verb. aliud autem esset, si scilicet consensu partium extinta actio non posset reuiuiscere, ut querela in officiosi, l. cum mota, C. de transact. & actio iniuriarum, furti vel alterius delicti, l. si unus §. pactus ff. de pact. Bart. Iason & Costal. hic in d. l. si quis accepto ff. h. t. facit c. verum de condic. appos.

XIII.

Accessiones item naturales, (a) non civiles, (b) hac condicione petuntur.

(a) l. 7. §. fin. & ibi Bart. Iason & Salicet. & l. 12. & ytrōbique gloss. h. t. arg. l. i. C. de condic. indeb.

XIV.

Recordor denique hic questionis minime prætereundæ: ad quem rei tradendæ in hac actione cum pecunia data est, periculum spectet, utrum ad eum qui dedit pecuniam exemplo emptionis & venditionis, (a) an ad eum, qui debet dare, nec dum dedit? quod postremū explorati iuris esse autumo. (b)

(a) tot. tit.



(a) tot. tit. ff. & C. de peric. & commod. rei vend. & § penul. i. de empt. & vend. (b) l. vlt. & ibi gloss. Iason. Bart. Paul de Cast. ff. h. t. cui reluctari vulgo dicitur, l. naturalis 5. §. si Scyphos, ff. de. præscript verb. sed probatur mihi solutio. Costal. in d. l. vlt. ff. h. t. distinguens utrum ad ipsam rem peremptam, an vero ad pecuniam datam repetendam agatur, licet Cora. l. 2. Miscel. c. 9. aliter contra reliquorum sententiam, d. l. fin. ff. h. t. pro suo in ore explicet.

X V.

Sequitur condicō ob turpem vel iniustam causam: quae est actio qua condicimus datum ob id, ut quid fiat, quod bonis moribus aduersum est, etiam si illud iam reuera securum sit.

tot. t. ff. C. de condicō. ob turp. vel iniust. caus. Cuiac. & VVeseb. in parat. ff. eod. in hac actione causa turpis accipitur pro fine, causa vero iniusta pro principio, l. i. & l. si ob turpem, & ibi gloss. ff. h. t. Azo in sum. sua, C. eod.

X VI.

Cum autem trifaria turpitudo consideretur, ita ut aut sit solius accipientis, (a) aut solius dantis, (b) aut utriusque simul, (c) notandum erit priori casu condicōnem hanc solūtum competere, posterioribus non æque. (d) Nam si solius dantis turpitudo versetur, is experiendo hac actione allegaret propriam turpitudinem, (e) si utriusque, tunc in pari causa melior esset condicō possessoris, (f) & sic frustraneo vteretur remedio.

(a) l. i. & l. 2. & l. 3. ff. h. t. & ibidem glof. & Bartol. Oldendorp. clas. 6. aet. 7. q. 2. (b) l. fin. ff. h. t. & l. 4. & l. penult. & vlt. C. eod. (c) l. 3. ff. h. t. l. 2. l. 4. & l. mercalem, C. eod. (d) Dd. com muniter ad tot. tit. ff. & C. (e) d. l. mercalem & Paul. de Cast. C. h. t. (f) l. pœna, ff. h. t. d. l. 2. & d. l. mercalem C. eod. §. commodum i. de interdict. l. 2. C. de probat. l. fin. C. de rei vind. l. sauvorabiliore, ff. de reg. iur. c. in pari & c. cum sunt ext. de reg. iur. in 6. l. Arrianus ff. de act. & oblig. cum simil.

X VII.

Vtrum autem eo casu, quando quid meretrici ut sui copiam faciat, datum sit, utriusq. turpitudo versari dicatur, questionis est? & negativa à I C. Paulo non minus scitè, quæ eruditè defensa est ea ratione, quod licet turpiter faciat, quod sit meretrice, nō tamē turpiter accipiat, cum sit meretrice.

Alex. in l. 4. ff. h. t. per tex. in l. vlt. C. eod. l. affectionis. ff. de dolo gl. Bart. & Dd. in d. l. 4. §. 2. ff. h. t. licet si dedi ut non sit meretrice hac condicōne repete queā iuxta glof. & Dd. ibid. Oldend. class. 6. aet. 7. q. 3. Azo in summa sua C. h. t. Iason Bart. & Paul. de Castr. in l. vlt. ff. h. t. Costal. in d. l. 4. ff. eod. fallit tamen in milite l. 2. C. de donat. int. vir. & vxor. & alijs qui eiusdem beneficijs gaudent per tex. in l. fori. C. de aduoc. diuers. iud.

X VIII.

Datum autem ob iniustam causam, ut ex stipulatione per vim extorta posse semper condicō, euidenter constat. (a) Et hæc de condicōne ob turpem vel iniustam causam: quæ cessat si solutio secura sit turpem vel iniustā causam ex præsumpto animo eā approbanti. (b)

(a) l. ex ea 7. & ibi gloss. Bart. & Dd. ff. h. t. l. 6. ff. eod. Cuiac. hic in parat. C. h. t. (b) l. pen. ff. h. t. l. 2. C. de his quæ vi metū ve caus. gest. sunt Barto. rubric. ff. h. t. sed limitationē in tamen inducere præsumptionem approbationis, cum tam diu duxit metus quamdiu duret illius

illius causa. d.c. 2. de eo quod met. caus.

XIX.

Numerum compleat quotidiana illa & nimia decisionis egens dubitatio; utrum amisa per lusum, quasi ex turpi causa data repeti possint? Et si ludo licito, in quo solum ingenium, vel athletico in quo exercitatio dominatur, (a) vel etiam fortunato consuetudine tam permisso (b) omni fraude remota suum quisque amiserit, repeti non poterit.

(a) Gloss. Paul. de Cast. & Bart. in l. qua aetione §. si quis in colluctatione. Ad l. Aquilam. Iul. Clar. in prax. crim. §. ludus nu. 2. (b) Sichard. in rub. Cod. de condit. ob turp. caus. num. 7. l. 2. & l. 3. vbi latè Dd. cum gloss. ff. de aleator. VVesenb. in parat. ff. eod. aliás constat quam longè ll. ciuiles illicitum aleæ usum ex Rep. Rom. exterminent, tam in lusores, quam in eorundem receptatores siue hospites iustissimis poenis statutis, arg. tot. tit. ff. de aleatoribus.

CONSECTARIUM FEVDALE.

Condictio causa data causa non secuta datur etiam Domino feudi aduersus vasallum, (a) si debita seruitia exhibere detrectet, (b) sicut & condictio ex moribus (c) ei competit, item alia remedia, vt directa rei vindicatio, (d) tam aduersus possidentem, vt rem feudalem vt feudalem restituat, quam aduersus vasallum, vt seruitia praestet, aut feudum ob Peloniam amissum reddat. (e)

(a) in princ. de feud. sin. culp. non amittend. (b) quia obeum finem seu culpam feudū vasallo datur, vt fideliter seruiat, c. vni. si. fin. in quib. caus. feud. amitt. (c) vel si mauis conditio generalis ex lege secundum Barri. in l. vnic. ff. de condit. ex lege, qua ad omnia age potest, quæ in feudum tribuicuique solent. Duar. c. 18. num. 7. 8. VVesenb. c. 17. nu. 8. in tractatu feud. Curtius Iunior in prim. par. tract. feud. quæst. 10. Iul. Clar. in §. feud. q. 89. (d) d. c. vnic. §. si yero vasallus ve rs. rem suam quid sit inuestitura. (e) Aluarot. in c. vnic. §. sed nec alia num. 4. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. & in c. vnic. nu. 5. de cont. int. dom. & empt. feud.

ΠΑΡΕΡΓΑ FEVDALIA.

Feuda omnia regulariter presumuntur antiqua esse & non noua, (a) quippe quod omnes res commercia humano subiacentes presumuntur liberæ & allodiales esse non feudales, nisi istiusmodi esse vel verè vel presumptiuè probentur. (b)

(a) cap. 1. §. 1. de success. frat. seu de grad. success. c. 1. §. 1. si de feud. cont. sit int. dom. & vasall. Bald. in c. 1. §. 1. num. 6. de cont. inuest. (b) c. 1. §. 1. & ihi Bald. & Dd. si de feud. cont. sit int. dom. & agnat. & in c. 1. de cont. inter masc. & fœm. Canonistæ in c. nimis de iure iur. latè Alex. cons. 129. qui & addit rationem. Nam res, inquit, feudalis dicitur seruitutē debere, glo. in l. seruus, §. vsusfructus, de vsusfruct. Bald. in c. 1. de cont. inuest. seruitutem autem debere nulla res presumitur, sed potius habetur pro libera donec contrarium probetur. l. altius vbi Dd. C. de seruit. l. fin. ff. cod. VVesenb. in tract. feud. c. 12. nu. 1.

II.

Vnde arrepta occasione inter Dd. in utramq; partem acriter agitata mouetur questio: num vasallus vel alius possessor libertati rei feudalis spacio 30. vel 40. annorum prescribere possit.

possit. Et quidem si feudum sit seculare 30. (a) si Ecclesiasticum (b) 40. annorum spacio quemcunque possessorem libertati eiusdem prescribere posse intrepidè assuero.

(a) per tex. in c. vni §. porro, qualiter olim poter. feud. alien. & hanc sententiā probat etiam glo. in d. c. vni §. præterea & Bal. ibi nu. 4. & Aluar. nu. 3. Et hæc est communis opinio Dd. V Vurmbser. in obser. pract. tit. de feud. obser. 15. Eamq; Iac. Cuiac. approbat in c. vnic. de capit. Corrad. modo vasallus feudi nomine semel seruitia iatra 30. annos præstiterit ut notarunt Dd. in c. vnic. §. si quis per 30. annos, si de feud. defunct. cont. sit. (b) Iure enim communi actiones Ecclesiæ vel alijs venerabilibus locis competentes præscriptio ne 40 annorum tolluntur. Nouell. 131. sublata, l. 23. C. de sacrosanct. Eccles. quæ 100. annorum spatium introduxerat. Cuiac. l. 5 obser. c. 5. & in tract. de diuers. temp. præscript. c. 31. de 40. annis. Mynsing. cent. 4. obser. 29. Iul. Clar. in §. feud. quæst. 19. n. 2. & quæst. 45. n. 1

III.

Cum maior pars prædij aut villa feudal is est tunc præsumitur & reliquæ partes eiusdem naturæ & qualitatis esse. (a) Ex quo & illud sequitur præscriptio feudo & omnia accessoria præcripta intelligi. (b)

(a) Bald. in c. 1. §. cum autem nu. 4. de cont. inuest. & in c. 1. vbi gloss. & Dd. de cont. int. male. & fœm. (b) Curtius in tract. feud. in 1. part. quæst. 3. num. 8. per 1. si alienam §. 1. ff. de usufruct. V Vesenb. in tract. de feud. c. 12. num. 2.

IV.

Quum feudum est possessum aut præscriptum, etiam si de inuestitura non appareat: tamen præsumuntur omnia retrò solenniter interuenisse. (a) Quāuis enim feudum seruitus quedam sit, (b) tum hæc reuialis non personalis est, & licet vasalli personaliter obligentur, tamen primario ratione rei quam possident, obstringuntur. (c)

(a) Iason in l. 2. nu. 155. C. de iur. Emphyteut. per c. §. si quis per 30. annos, si de feud. defunct. cont. sit Schurff. consil. 41. & consil. 44. cent. 1. (b) gloss. in l. vsusfructus vers. oportet ff. de usufruct. Bald. in c. §. inter filiam, si de feud. defunct. content. & in l. 5. ff. de stat. hom. Panorm. in c. veniens. de accus. num. 2. (c) Andr. de Isernia in c. 1. sed non est alia, quæ fuit prim. cauf. benefic. amitt.

V.

De illo iam olim inter Dd. ancipiti Marte depugnatum est, ad quem inuentis rebus in prædio feudal, eas pertinere statuenhum sit, vtrum ad dominum an ad Vasallum, vt si lapidicinæ, salinæ, vene auri vel argenti in fundo feudal iuuentæ sunt. Et ad vasallū pertinere adstruo, (a) exceptis fodinis, quæ inter regalia roferuntur, (b) & ideo et si proprietate ad vasallum pertinent, tamen in recognitionem regaliorum decima pars obuentionū non proximo domino feudi, sed illi penes quem sunt regalia, pensitanda est. (c)

(a) quia lucra & fortuita inuenta ad fructus referuntur, si ad utile dominum pertinet, I diuortio 7. §. si vir in fundo ff. solut. mat. vbi Dd. l. item §. et si lapidicinæ ff. de usufruct. (b) c. vni. quæ sint regalia. (c) placet, & tot. tit. C. de metal. lib. 1. Batt. & gloss. & Dd. communiter in l. cuncti. C. cod. tit. Henning. consil. 123. de argentifodit.

VI.

Idem de Thesaurio in prædio feudal reperto dicendum est. Nam et si, quæ in publico reperiuntur, regalia sunt (a) tamen in feudo priuati alicuius inuentus thesaurus inter lucrafeudi computabitur, & ad utilem dominum pertinebit. (b)


(a) d. c. vni. quæ sint regalia. (b) Borcholt in explic. d. c. vni. c. quæ sunt regal. fol. 293r

AB:153255
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Galli

Farbkarte #13



B.I.G.

LEMATA IVRIDICA

ET FF. ET

INDICTIONE CAV-
ON SECUTA, ET DE

ONE OB TURPEM VEL
iustum causam.

NO NVMINE SECVN-
BVS CLARISSIMIS CONSULTIS
anne Michaele Cronenburger, &
SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,
clyta Agrippinenfis apud Vbios
ridicæ facultatis Collegio,
è pro more dispu-
das exhibet.

S AB HOXER
LTBURGENSIS.

e salutis 1591. s. Septemb.



VIAE AGRIPPINÆ LI
T PETRVS KESCHIDT.

34.